

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio r
cum fonte primo

Cuncta sollicite fugiens portum
monasterii pecii et relictis que mundi
sunt ut frustra tunc credidi, ac ex huius
uite naufragio nudus euasi. Quia enim
plerumque nauem incaute religatam,
eciam de sinu tuti litoris unda
excutit, cum tempestas excrescit, repente
me sub pretextu ecclesiastici ordinis in
causarum secularium pelago reperi et
quietem monasterii qui habendo non
fortiter tenui quam stricte tenenda fuerit,
perdendo cognoui.

Gregorius in prologo moralium.

Quae tandem
cuncta sollicite fugiens, portum
monasterii petii et relictis quae mundi
sunt, ut frustra tunc credidi, ex huius
uitae naufragio nudus euasi. Quia enim
plerumque nauem incaute religatam,
etiam de sinu tutissimi litoris unda
excutit, cum tempestas excrescit, repente
me sub praetextu ecclesiastici ordinis in
causarum saecularium pelago repperi et
quietem monasterii, qui habendo non
fortiter tenui, quam stricte tenenda fuerit,
perdendo cognoui.

Gregorius Magnus, *Epistula ad*
Leandrum, 1 (CCSL 143, M. Adriaen
ed., pp.1-2, ll.13-20).